



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 37. Dominicus Pimentellus Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sequentis Mensis Novembris die vige- Sæc. XVII
 sima pariter æternitatis viam ag- A. C. 1653.
 gressus est Franciscus Maria Machia-
 vellus Patritius Florentinus. Hic hu- Ciacon. l. c.
 manioribus literis apprime imbutus,
 tam sedulam Jurisprudentiæ operam
 navabat, ut adolescens ab Urbano VIII.
 Basilicæ Vaticanæ Canonicus, & Rotæ
 Romanæ Auditor nominaretur: Seli-
 gebatur quoque, ut unacum Cardinale
 Ginetto Legato Apostolico Coloniam,
 pro universali pace stabilienda Nuntius
 mitteretur, Patriarchæ Constantinopo-
 litani titulo honoratus. Postea ad Fer-
 rariensem Episcopatum, necnon ad Car-
 dinalatum eVectus Romam ad Inno-
 centii X. comitia contendit, inde vero
 ad suam Ecclesiam reversus, paulopost
 annos natus nonnisi quadraginta tres
 ibidem decessit, non sine ingenti Cleri,
 gregisque sui mœrore.

§. XXXVII.

*Dominicus Pimentellus Cardinalis
 mortuus.*

Postremus inter Cardinales, qui hunc Ciacon. in
 annum vitæ suæ exitialem habuere, vita Inno-
 cent. X.
 erat Dominicus Pimentellus natione
 Hispanus, qui ex Ord. S. Dominici ad
 Oxonensem, tum Cordubensem ac postea
 Hispalensem Ecclesias assumptus, sem-
 per

Sæc. XVII. per & ubique pauperum parentem & Ec
 A. C. 1653. Patronum sese exhibuit, omnesque Ec
clesias, quibus præfuit, sacra suppel
 lectile largissime exornavit, postea Re
 gius Orator unacum Joanne Chiuma
 zero Romam ad Urbanum VIII. decre
 tus, ibidem Ecclesiasticis omnibus fuit
 exemplo ad imitandum. Inde vero re
 versus in Hispaniam, dum in Cleri
 studio, populi cura, & disciplina Ec
 clesiastica promovendis totus erat, ad
 Philippi IV. Hispani Regis preces ob
 Innocentio X. sacram Purpuram obti
 nuit, qua tamen vix integro biennio
 decoratus, Romæ die secunda Octobris
 anno ætatis sexagesimo tertio natura
 debitum solvit, sepultus in Ecclesia
 S. Mariæ super Minervam.

§. XXXVIII.

*Joannis Ludovici Nassovii Principis
obitus.*

*Tuld. Hist.
temp. cont.
lib. 2.*

Hoc item anno Joannes Ludovicus
 Nassovius Princeps die sexta Martii
 Hadameriæ suæ ditionis urbe post diu
 turnum morbum pientissime decessit.
 Hic ejurata Calvinii secta anno Christi
 millesimo sexcentesimo vigesimo nono
 die octava Septembris publice fidei
 Catholicam professus est, atque ab His
 spano Rege Philippo IV. aurei velleris
 Eques